

CAPUT
OCTAVUM ET ULTIMUM.

DE

Typographorum immunitate ac privilegiis.

SUMMARIA.

Typographi inter artifices referuntur, n. 1.

Inter cives honoratiores recensendi, n. 4.

Sunt sub jurisdictione Academici senatus, n. 7.

An Typographia à collectis immunes? n. 9.

An à metatorum onere exempta? n. 11.

An Typographi possint pro repressaliis capi? n. 13.

Typographi quidam præ aliis Privilegiati,

I.

Typographi quoad professionem inter opifices vel artifi-
ces referuntur. Sic in Ordinatione Politicâ Franco-
furtensi *etc.* Von Buchdruckern 35. §. Wann wir nun zu
pflanzung solches *etc.* Typographia expressè dicitur opi-
ficium ein Hand-Werck. Usitatus autem et rectè vocatur
eine Kunst / eine Edle Kunst. Quoad statum et conditionem
Typographi non immeritò inter cives honoratiores cum
Bibliopolis referuntur, quemadmodum eos alicubi ad ordi-
nem Senatorium admitti videmus Chassanæus *Catal. glor. mundi confid. 39.* Crelatus à Klockius *Tr. de arario, l. 1. c. 19, n. ult.* inter artifices præferri *Chalcographos* scripsit.

II.

Quod ipsorum privilegia attinet, sciendum, quòd in
iis civitatibus, ubi Academiae sunt, pro membris Academi-
cis habeantur, ac sub jurisdictione non Senatus, sed Recto-
ris Academiae vivant, Daniel Otto *de jure publ. cap. 24.* Alibi
verò aliter obtinere, usu docemur. Eos studiosorum privile-

F

giis